



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

68 Pensio imposita super beneficio alia pensione onerato, nulla de ea in litteris facta mentione, est nulla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

f. remrat. Abb. in cap. suborta, & ibi Feli-
num. 2. in princ. de re jud.

67 Dummodo \dagger compensatio sit de re liquidis, cum enim agitur vigore obligations cameralis ad solutionem pensionis, quia omnibus exceptionibus fuit renunciatum, non admittitur exceptio compensationis illiquidis, pro quanon datur tempus ad liquidandum. Bart. in l. assertur, §. qui compensationem, in s. ff. de jur. fisc. Abb. in cap. 2. de depos. & Felin. qui alios citat, in d. cap. suborta, eod. num. 2. vers. sed, si non esset, & est regulare, quod de liquido ad illiquidum non admittitur compensatio. Gales. in dicto tract. obligat. camer. d. 4. par. claus. in 6. ubi post plures alios, quos citat, reprobant opinionem Bart. contrarium tenentis, in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe.

68 Quartò opponi potest \dagger exceptio nullitatis, reservationis, pensionis, quæ in continenti probari possit, pensione enim reservata super beneficio alia pensione gravato, nulla facta expressione in litteris de priori reservatione, est nulla, ut per Cassad. decif. 3. num. 1. de pens. ideo, si reus, contra quem agitur ad pensionis solutionem, exhibeat litteras, sive transcriptum reservationis prioris pensionis, quo concludenter probatur nullitas posterioris, illa exceptio impedit, & retardat solutionem, & litteræ tribuant jurisdictionem, iam super principali, quam super exceptione nullitatis oppositæ, super qua potest judex suam proferre sentiam. Bellam. in decif. 28. vers. litt. tere sūt, & Feli. in c. super litt. n. 3. de rescr.

69 Quintò \dagger exceptio non purificata⁷¹ conditionis potest opponi, quæ donec fuerit purificata impedit litterarum execu-

tionem, & retardat solutionem, ut est conditio, quæ regulariter apponitur in litteris reservationis pensionis super fructibus cathedralis ecclesiæ, videlicet, dummodo remaneant ducati mille liberi pro titulari, vel ducati centum liberi pro rectore, quando pensio super parochiali ecclesia reservatur, quia tunc titulari recusante pensionem solvere, donec fuerit coram executore verificatum, quod remaneant titulari illi ducati, sub qua conditione pensio fuit reservata, reus ad solutionem compelli non potest, nisi a gens sit in possessione exigendi, Cassad. decif. 10. num. 8. de rescript. & Gig. de pens. quest. ult. num. 15. & hoc catu, aliquisque cælibus, de quibus infra, lata sententia contra reum, \dagger dummodo actor

⁷⁰ non sit in possessione exigendi signatura committit causam appellationis absque clausula, sine retardatione solutionis pensionis, Cassad. ead. decif. in fin. Gomel. in com. utr. sig. n. 87. & Gig. de pens. q. 35. n. 10.

Valor autem beneficij \dagger secundum communem stylum Rorai probari debet, vide licet, quod beneficiū, super quo pensio, de qua agitur, fuit reservata, tempore provisionis, oneribus deductis, valeat in portatis tot scuta, & per quinque annos ante provisionem, & post, si à tanto tempore tunc titularis fuit provisus, anno fertili cum sterili corr. putato, communis estimatione tantum valuit, & ita testis de tali beneficio notitiā habens dixit, se scire, & si plus, vel minus valerer, ipse nō ignoraret, ut post Bart. Ab. Fe. & cælios, quos citat, testatur Gom. in reg. de val. expr. q. ult.

72 Sextò \dagger exceptio solutionis opponi potest, & impedit executionem litterarum reservationis pensionis, quia solutione

Mm ejus,